



VIII OLIMPIADA DE LLENGÜES CLÀSSIQUES

TRADUCCIÓ DE TEXTOS LLATINS

El judici de Paris

Cum Thetis¹ Peleo² nuberet, ad epulum Iovis³ dicitur omnes deos convocavisse excepta Eride⁴, id est Discordia, quae cum postea supervenisset nec admitteretur ad epulum, ab ianua misit in medium malum et dicit ut, quae esset formosissima, attolleret. Iuno, Venus et Minerva formam sibi vindicare⁵ coeperunt, inter quas magna discordia orta est. Iuppiter imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida⁶ monte ad Alexandrum⁷ Paridem⁷ eumque iubeat iudicare. Cui Iuno, si secundum se iudicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum esse, divitem praeter ceteros praestaturum esse; Minerva, si inde victrix discederet, fortissimum inter mortales futurum esse et omni artificio scium; Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in coniugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus anteposuit Veneremque pulcherrimam esse iudicavit; ob id Iuno et Minerva Troianis fuerunt infestae. Alexander Veneris impulsu Helenam ab hospite Menelao^{8,9} Troiam abduxit eamque in coniugio habuit¹⁰.

Higí, *Fabulae*

1 *Thetis, -idis* f: Tetis (nimfa de la mar, filla de Nereu)

2 *Peleus, -i* m: Peleu (fill d'Eac, pare d'Aquil·leu)

3 *Iuppiter, Iovis*: Júpiter

4 *Eris, -idis* f: Eris (deessa de la discòrdia)

5 *formam sibi vindicare*: 'atribuir-se la bellesa cadascuna a ella mateixa'

6 *Ida, -ae* f: Ida (munatnya de Frígia)

7 *Alexander, -dri Paris, -idis*, m: Alexandre Paris (fill de Príam i d'Hècuba)

8 *Menelaus, -i*, m: Menelau (rei d'Esparta, espós d'Hèlena)

9 *ab hospite Menelao*: 'des de la casa del seu hoste Menelau'

10 *in coniugio habuit*: 'tenir com a esposa, casar-se'